

ἀπέφθῃ nomine 14) hanc, quae voce nostra insinuetur, *sinceritatem* notat, ubi simplicia omnia, non fucata, vel ullis coloribus picta, nec praeiudicatis opinionibus corrupta sunt, quod nec IOSEPHI, nec CLEMENTIS ALEXANDRINI temporibus, modisque loquendi repugnat. 15) Stat utique sententia, eum inprimis Theologum non reformidare solis iudicium, qui doctrinae ubique sinceritatem praestat. Fermentum falsa doctrina est; MATTH. XVI. 6. II. LVC. XII. 1. GAL. V. 8. 9. 10. Huic vero ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΙΑΣ ἄζυμα Paulus opponit. I. COR. V. 8. 16) Alibi eandem contrariam facit σοφία σαρκικῆ, *sapientiae carnali*, qua falsi sibi complacebant Apostoli, & ad normam Evangelii, interprete HAMMONDO, accurate respicit, 2. COR. I. 12. 17) εἰλικρινεία insuper Θεῶ, *sinceritate DEI*, de qua, ut est in ante-

A 3

tece-

- 14) χρυσὸς ἀπέφθῃ, εἰλικρινής, *aurum incostum (probatissimum per cocturam) sincerum.* POLLVX, *Onomast.* L. III. c. II. p. 311. *cum Commentar.* Iungermanni, *ad l. c.*
- 15) λογισμοῖς εἰλικρινέσι τὴν περὶ τάνδρος κρίσιν ἐφῆκεν, *rationem a praeiudiciis liberam, in consilium de homine adhibuit.* IOSEPHVS Hudsoni *Vol. II. Antiq.* L. XIX. p. 869. Ἴδι μὴ λυτρῶ, ἀλλὰ νόῳ καθαρῶς. ἀγνεία γὰρ ἔιμα τελέια, ἢ τῶ νῶ κὴ τῶν ἔργων κὴ τῶν διανοημάτων, πρὸς δὲ, κὴ τῶν λόγων εἰλικρινεία. *Non lavacro mundus esto, sed animo. Est enim perfecta, ut sentio, mundities, quae est mentis ἔ operum, ἔ cogitationum, ἔ praeterea sermonis quoque sinceritas,* CLEM. ALEX. *Strom.* L. IV. p. 387. B.
- 16) Ἄζυμα εἰλικρινείας designant incorruptae doctrinae simplicitatem, cui pietatem postea subiungit. STOCKIVS *Clav. Ling.* S. p. 340. Et HAMMONDVS hic παραφράζει: *Doctrinam, a nobis acceptam, constanter retinete.* Nov. Testament. *ad 1. Cor. V. p. 85.* *Incorruptae doctrinae simplicitatem, primo quoque hic loco ponit HVNNIVS Thesaur. Apostol. l. c. p. 176. b. p. 284. a.*
- 17) *Nov. Testam. ad loc. supra cit. p. 138.*